Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

marma uenit ad eū: dicit ad philippū. Unde ememus panes ut man
ducent hi? Hoc autem dicebat temptans eū. Ipse enim sciebat quid esset
facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis: ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex
discipulis eius andreas frater symonis petri. Est puer unus hic
qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces. Sed hec quid
sunt inter tantos? Dixit ihesus. Facite homines discumbere.
Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt igitur numero qui
quinque milia. Accepit igitur ihesus panes: et cum gratias egisset distribuit
discumbentibus: similiter et ex piscibus quantum uolebant. Ut autem im
pleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt igitur: et impleuerunt duodecim co
phinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis. que superfuerunt
his qui manducauerant. Illi igitur homines cum uidissent quod fecerat signum dicebant. Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. De scta trin. Ad Romanos.

Fratres. Altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei: quam in
comprehensibilia sunt iudicia eius. et inuestigabiles uie eius.
Quis enim cognouit sensum domini. aut quis consiliarius eius
fuit. Aut quis prior et dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso
et per ipsum et in ipso sunt omnia: Ipsi gloria in secula seculorum amen.

Sw̄ng Cum uenerit paraclytus. feria. ij.

lec. l. sapie.

In diebus illis. Dixit salomon. Deus patrum meorum et domine. Domine
qui fecisti omnia uerbo tuo. et sapientia tua constituisti hominem
ut dominaretur creature que a te facta est. ut disponat orbem terrarum
in equitate et iustitia. et in directione cordis iudicium iudicet:
da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiam: et noli me reprobare
a pueris tuis: quoniam ego seruus tuus sum: et filius ancille tue. feria iij.

Lw̄. Respondens ihesus dixit. Confiteor. l. e. b. p. a. ad Corinth.

Fratres. Unicuique datur manifestatio spiritus.